Moniales Conuentus Præmi:sliensis S. Benedicti suo et Generosarum Kocwynnickich noe M. Castellanum Leopoliense Quietant et Statuent.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis præsentibus Castrn Capitul Præmislien Religiosæ ac Deuotæ Virgines Helisabeth Podleska Superior et Zophia Surska Priorissa atq Barbara Pogrozowska Supprioriffa Moniales Conuentus Præmislien extra fluuium San Regulæ Sancti Benedicti sanæ mentibus et corporibus existentes a Terris districtibus iuribus Iurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et competen recedendo Præsenti vero Castrensi Capitan Præmisliensi Iurisdictioni se cum Successoribus ac bonis suis quibuscunq omnibus quo ad actum præsentem attinet totaliter subijciendo et incorporando palam libere publice ac per expressum recognouerunt et quaelibet earum seorsim suo pro interesse recognouit Quia quod inhærendo prioribus quietationibus suis coram Actis præsentibus in rem infrascripti Illustris et Magnifici Andreæ Maximiliani Fredro Castellani Leopolien de infrascriptis recognitis factis et recognitis suo et totius præfati Conuentus ciuit atq infrascriptarum pupillarum suarum nominibus pro quarum rati habitione cauent ac se præsentibus inscribunt tanquam tutrices testamentales inscriptæ Generosarum Constantiæ et Annæ Virginum nondum adultarum Generosæ olim Catherinæ de Hermanowice Kowynnicka filiarum ad Generosis

post fata praefatae Kowynnicka in Claustro praedicti Conventus in educatione Amicorum sui recognoscentes ipsis utrumque praestito et debita submissione existente Suprascriptum Magnificum Andream Maximilianum de Pleszewice Fredro Castellanum Leopolien. eiusque praetextu de provisione annuali ad summam Quinque millium Quadringentorum Nonaginta Octo florenorum polon. eavundem Kowynnicka Virginum minorennium parentis decreto Tribunalis Regni Lublinen. inter eundem olim parentem clientum suorum tanquam Actricem et eundem Magnificum Castellanum Leopolien. uti legitimum Generosi olim Joannis de Pleszewice Fredro Filius Terrae Premislien. Successorem et alios citatos causae eiusdem adnexos eodem decreto specificandos Sabbatho post Dominicam Jubilate proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Ratione eiusdem summae memoratam olim Kowynnicka ex vi Iurium ipsi a marito habitis concernen. et eidem Kowynnicka decreto eodem Tribunalitio (de praemissis latiore) adiudicata et a praefato Magnifico Castellano Leopolien. solui ipsis tenuntt prolato pro anno Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quinto proxime praeterito per eundem Magnificum Castellanum Leopolien. retentam et eisdem clientibus solui debitam per praedictas vero Religiosas ac Deodicatas Virgines in educationem et provisionem memoratarum pupillarum Kowynnickich ad praesens in Claustro Conventus ipsorum hucusque existentium de manibus supprafati Magnifici Castellani Leopolien. realiter et in effectu levata et percepta ob realem praedictae provisionis annuae pro anno suprascripto Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quinto solui quaesiti praestitam persolutionem et satisfactionem quietant perpetuo liberumque et absolutum pronunciant sibi Conventuique suo atque praedictis pupillis ratione persolutae memoratae provisionis perpetuum imponendo silentium. Nihilominus suprascriptae recognoscentes Religiosae ac Deodicatae Virgines Helisabeth Rodecka Superior Zoffia Gurska Vicaria atque Barbara Tyrosowska Supprioissa

Moniales

Moniales Conventus Premislien. Regulae Sancti Benedicti debebunt et tenebuntur
ipsum se ac suos Successores in et super bonis suis gratis omnibus ac summis pecuni-
ariis quibuscunque habitis et habendis praenominato Magnifico Castellano Leopolien. eiusque
posteris inscribunt et obligant praesen. praefatas Generosas Constantiam et Annam
virgines nondum adultas Generosae olim Catherinae de Hermanowice Kowynickie filias
vel in eventu mortis Successores ipsarum postquam in matrimonium elocatae vel conu-
bium ingressae fuerint cum assistentia maritorum vel superiorum ipsarum ad appro-
bandam per eas inscriptionem praesentem quietatoriam vel similem pro interesse eo-
rundem pupillarum minorennium faciendam ad Acta quaevis authentica Regni
vim perpetuitatis in se habentia adducere ab eisque vel earum successoribus ut praemis-
sa exequantur efficere Idque sub vadio Quinque millium Quadringentorum Nonagin-
ta Octo florenorum polon. per praedictas Religiosas ac Dedicatas Virgines Moniales
Conventus Premislien. Sancti Benedicti vel earum succedaneas Suprascripto Magnifico
Castellano Leopolien. vel eius posteris ob non statuitionem suprascriptarum Kowyni-
ckie Virginum pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo
Interea vero temporis statuitionis earundem Kowynickie pupillarum suarum vel
in eventu mortis Successorum ipsarum suprascriptos recognoscentes Religiosae ac Dedi-
catae Virgines Moniales Conventus Premislien. debebunt et tenebuntur seque cum suis
succedaneis super omnibus gratis bonis suis ac summis pecuniariis quibuscunque praedi-
cto Magnifico Castellano Leopolien. et eius Successoribus inscribunt et obligant ipsum
et eius Successores ab omni et quavis impetitione iuridica quarumlibet personarum
Cuiuscunque Conditionis Status et Sexus existen. ex occasione praefatarum minorenni-
um Kowynickich statuendarum provisionisque suprascriptae per se recognoscen.
levatae earumque Successorum modo quovis exortura in omni iudicio et foro Re-
gni semper quoties opus fuerit tueri defendere evincere intercedere et liberum
indemnemque et indemnes cum posteris reddere Idque sub alio seorsivo vadio

Quinque millium Quadringentorum Nonaginta Octo florenorum polon. per supranominatas Religiosas ac Deo dicatas Virgines Moniales Conventus Praemislien. sive ipsarum Succedaneas praefato Magnifico Castellano Leopolien. vel ipsius posteris ob non adimpletionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad Solvendum succumbendo Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendum succubitis ac re aliqua principali ex praemissis non completa complendique citatae existentes memoratae Religiosae ac Deo dicatae Virgines Elisabeth Podleska Superior Zophia Parska Prionissa atque Barbara Pogroszowska Suppriorissa Moniales Conventus Praemislien. extra flumen Saso Regulae Sancti Benedicti aut ipsarum Succedaneae ad instantiam supranominati Magnifici Andreae Maximiliani Fredro Castellani Leopolien. aut ipsius Successorum Ad officium Castren. Capitaneale Praemislien. sive etiam Consistoriale Spirituale Praemislien. ad quod prius ex praemissis contrahunt extunc necesse supranominato qui ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare in parte respondere vadium vel vadia praetacta luere inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur seque ac suas Succedaneas ad eadem omnia inscribunt et obligant Eundem terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios vero infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad Exercitum ad munimenta vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo Ad quietationem ultra proximos terminos officii praefati Castren. sive Consistorii Praemislien. dilationem sibi non recipiendo

Nullasque

Nullasq motiones appellationis protestationes et earum prosequutiones faciendo Ac praemissa omnia paenis simplicibus vel tryplicatis euasionibus suspensionibus familiis Iuris praescriptione Terrestri bello Conventionesq et aliis quibusuis iuris remediis et facti defensis non euadendo nec modo quouis subterfugiendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa mediante.

Kropicznicka Kruszelnickie: mu Obligat.

Compaerens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premisliens Nobilis Maria Podhorodecka olim Nobilis Michaelis Kropicznicki consors derelicta vidua sana mente et corpore existens a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibus que suis quibusuis propriis et competen recedendo Praesenti vero Castrensi Capitan Premisliensi Iurisdictioni se cum successoribus ac bonis suisq praefatis omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporando atq subiciendo palam libere publice ac per expressum recognouit Quia ipsa bona sua propria et haereditaria infrascripta videlicet totam et integram medietatem bonorum suorum praefatis omnium quaecunq se recognoscentem concernunt in bonis villae Podhorodce Terra et districtu praesen Premislien iacen et consisten cum omni praemissorum iure dominio proprietate competentiaq et titulo obligationis cumq omnibus et singulis bonorum praefatorum vtilitatibus fructibus prouentibus redditibus emolumentis obuentionibus agris pratis campis pascuis syluis nemoribus indaginibus attinentiisq et pertinentiis generaliter vniuersis Iam exnunc et de facto Nobili Fedko Kruszelnicki eiusq posteris in Summa Nonaginta florenorum polon hinc et ab actu praesenti ad festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli in anno Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono incidens et in defectu prouenti exemptionis Summaeq suprascriptae totalis et indiuisa